Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26539
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Multa autem et de sca statione cura habebat. et sollicitudine demonstrabat. Una enim die pro uolens multos resecare (l. prohibere) ut non egrederentur post solutionem sci euuangelii de ecclesia et ociosis sermonibus prorationem uacarent. Quod fecit. Reliquit mox post quam lectum est euangelium scm ecclesiam. et ipse exiit. et secutus est cum turba. Omnibus uero obstupescentibus. dixit ad eos iustus. filii. ubi oues. illic pastor. Aut intrate intro. et ingredi ar. aut manete hic. hic manebo. Ego propter uos descendo in scam ecclesiam. Nam poterat facere immittere missas in episcopio. Semel quoque et bis fecit hoc sceuma ille beatus. Erudiuit et in hoc plebem magnifice. et emendauit. Timebant enim. ne iterum id ipsum summa facere uis ille semper memorandus. xlii.

Loqui autem aliquem in sacrario omnino non permittebat. sed in conspectu omnium foras mit